oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 664071-0
Fax: +43(732) 664071-344

# Capitulum vndecimum

De qua abusione dicitur in glosa super Clementinum: attende tibi o tu qui elemosinam suscipis: vt nullo modo accipias: nisi ea que sunt acquisita ex laboribus et fructibus iustis. Et hoc cum timore et tremore tanquam de manu domini ad tuam necessitatem accipias. Que sunt ex vsura: rapina furto et fraude Si tibi allata fuerint penitus refuta ne cum offerentibus damneris. Et memento laboris et afflictionis antiquorum patrum in heremo. Et sic manibus tuis labora vt acquiras vnde iuste viuas. ¶ Unde Petrus Damiani ait. Dona et oblationes ab iniquo suscipere quid aliud est quam animam propriam ex dantis squalore fedare.

¶ Exemplū refert Helmandus de venerabili abbate Stephano cisterciensis ordinis. Qui cum quadam die propter defectum victualium cum vno conuerso monacho iuisset mendicatum. Abbas per vnam plateam: conuersus per aliā Et conuerso reuerso vidit abbas sacculum conuersi multo pleniorem quam suum: vbi tantum collegisset: vel quis ei tantum dedisset: interrogauit. Respondit conuersus. Certe ille presbiter habitans in illa platea quem optime nostis qui sacculum solus mihi repleuit. Quod audiens abbas ingemuit dicens. Presbiter ille symoniace possidet suum beneficium: Et ideo quicquid ab ea recepisti: rapina ē. Ideo de omni illo quod nobis dedit nihil gustabimus. Absit. n: vt panem illius comedamus. et nobis incorporemus. Conuocatisque pastoribus qui prope ciuitatem erant eis totum conuersi sacculum in eorum sinu euacuauit. Et hec de prima abusione; ¶ Secunda abusio est hec: quod multi desiderāt preferri alijs ambiendo statum prelationis et pastorū animarum et ouium dei: non vt fructum faciāt: Sed vt honoribus pre ceteris extollantur. ¶ De quibus dicit Augustinus in li. de ciuitate dei. Quod locus superior sine quo locus regi non potest: et si administratur vt decet: tamen indecenter appetitur Cuius ratio est secundum sanctum Thomā. ij. quolibeto suo. Quod quicunque prelationem appetit iniustus est Aut superbus Et nullus suo appetitu debet ad prelationem siue ad pastoralem curam quod pro eadem recipio perueni